Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8457
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

Dominica prima ī aduentu domini introit.

AD TE LEVAVI

animā meam deus meus in te confido nō erubescam neq; irridēant me inimici mei et enim uniuersi qui te expectant nō confundēt. ps. Vias tuas domine demonstra mihi et semitas tuas edce me. oro.

Excita dne potentiam tuam et uenī; ut ab imminentibus peccatorū nrorū periculis te meamur pregente eripi, te liberante saluari, Qui cum deo patre.

De beata uirgine oratio.

Deus qui de beate marie uirginis utero ubū tuum angelo annūciante carnē suscipere uoluisti, prestā supplicibus tuis; ut q̄ uere eam dei genitricē credimus, eius apud te intercessionibus adiuuemur. Per eundem.

De omnibus sctis oratio.

Conscientias nras q̄s dne uisitando purifica: ut ueniente filius tuus dns nr cum omnibus sctis suis paratam sibi in nobis inueniat mansionem. Qui tecum.

Fratres. Sci. ad rōnos.

Fratres quia hora est iam nos de somno surgere. Nunc enim propior est nra salus q̄m cum credidimus. Nox precessit; dies autem appropinquauit. Abiciamus ergo opera tenebrarū et induamur arma lucis: sicut in die honeste ambulemus. Nō in comessationibus et ebrietatibus; nō in cubilibus et impudicitiis, nō in contentione et emulatione;